

vestrum omnipotens dominus noster interventu omnium sanctorum suorum precibusque nostris exiguis respiciat et gubernet, detque vobis quietam et tranquillam vitam in presenti et regnum et requiem sempiternam in futuro. Valete.

Breviarium de thesauro sancti Bavonis quod invenerunt fratres remansisse post Nordmannicam infestationem.

Invenimus de thesauro sancti Bavonis remansisse post reversionem de Monte regio, imprimis calicem aureum cum patena et calicem alterum cum patena deaurata et calicem unum de crystallo et calices 7 de argento cum patenis 8, lignum Domini 2 de auro, cruces 3 de auro¹⁾ et unam de argento, offertorium 1, turribulos 2 de argento, bustiam unam, candelabra 2 de argento, lampades 3 de argento, evangelia 2 de auro et argento parata, pallia 6 meliora et alias 7, casulas 7 et cappas 3, dalmaticas 8, rottos²⁾ 3, stolam 1 auream et alias 2 cum auro, manipulas 2 cum auro et alias³⁾ 2, vasculas 3, facitergula 3, corporalem 1, tabulas 2, capsas 8 cum auro et argento p.⁴⁾, fustes⁵⁾ 15 cum argento p.⁴⁾, tabulas de argento 20 libr. 5 et semis, crucifixum 1 de argento, altare marmoreum de argento p.⁴⁾, columnas 19, coronas 2 de argento, cortinas 2, tabulas de sepulchro 23, crucifixum maiorem 1, crucem 1, albam 1. Desunt autem plurima pretiosa que fuerunt ornamenta, ut est crux illa aurea que Bruggis fuit ad servandum missa, nec postea reversa, et alia multa proch dolor! direpta, sicut fuerunt cappe 24 de pallio et campane 15 cum circulis deauratis et cathenis argenteis, sicut retulerunt qui viderunt et in sancto ministerio habuerunt. Reliquie de ligno salutifere crucis et roseo eius infusa cruore. De spinea corona Domini nostri auro gemmisque contextum per sanctum Eligium episcopum. De sudario Domini. De spongea Domini. De minutiis sancte crucis, quando Helena mater Constantini fecit secari serra. De lapide super quem expandit Christus sanguinem suum in Golgata. De lapide super quem steterunt pedes Jhesu, quando ascendit ad celos. De mensa Domini. De presepio Domini. De tunica Domini. De sepulchro Domini. De pannis in quibus involutus erat infans Christus in presepio. De lapide in quo stetit crux Christi. De rupe Calvarie. De ostio monumenti Domini. De candela quam accendit angelus Domini. — Reliquie sancte Marie Dei genitricis. De lacte sancte Marie. Digitale cyrotece s. Marie. De vestimentis ipsius. — Reliquie s. Johannis baptiste. De sanguine ejus. De cerebro ejus. De pulvere corporis ejus. De veste ejus. — Reliquie

1) argento *corr.* auro c.

2) roccos?

3) aliam *corr.* alias.

4) i. e. parat.

5) fuscus?